

per singularem providentiam omnium humilium, & singulorum. De Ponte hic. Exh. 20. §. 4.

Et descendit cum eis. Luc. 2. 51. Descensu adit Nazareth; quod flos pudoris humilitate servatur. Si ascendas; flos de radice Virginitatis non ascendet in cor tuum. Oliva lib. 13. Strom. hic.

Si qua Virgo est Christi; non potest Christo, nisi cordis humilitate conjungi. Filii Dei thalamus elatus non recipit; & humilis sponsus à connubio suo superbas expellit. B. Fulgentius.

Tertiò.

Variis aliis virtutibus.

Ex Veteri.

Et ecce Rebecca egrediebatur. Genes. 24. 15. Nota hic speculum Virginitatis in Rebecca. Nam 1. non otiosa sedet, sed laboriosa hydriam gefcit. 2. Haula aqua revertitur; non diu moratur in publico; & licet servum Abrahæ videret; non tamen curiosè inspicit, vel alloquitur. 3. Cùm servus ab ea petit potum, statim offert, benignè alloquitur. 4. Quamvis audiret eum esse servum Abrahæ; non tamen eum in domum intruducit: sed matri nuntiat. 5. Non curiosè inquit, cur servus hic advenit? 6. Obtemperat parentibus, cum videt eos consentire, ut ad Isaac pergeret: tamen durum ei est: relinquere parentes. Corn. hic.

Rebecca, puella decora nimis, virgine pulcherrima. Gen. 24. 16. Bis dicitur pulchra: ut ostendatur, quod pulchritudo exterior multam ab interiori puritate dependebat: ac proinde toties dicitur pulchra in exteriori facie, quoties Virgo, & pura in interiori. S. Chrysostr. t. 6. f. quales ducende uxores: quid mihi narra pulchritudinem corporis; ut dicas insignem ejus pudicitiam, ut dicas animi pulchritudinem. Sylv. in Act. 7. 9. 15.

Cucurrit puella, & nuntiavit. Gen. 24. 28. Protulit vir inures aureas: audit sermone blandum: intus es filia? sed matrem citò adit, & nuntiat; quid? fortasse que acceptat? non: sed qua audierat. Sermonem cum viro obrumpit virgo cauta, & matrem consulti: timens, nè qua sub voce leni pestis esset: sub melle venenum: sub eca hamus lateret. Virginitatem enim est, ait S. Ambros. l. 2. in Luc. 1. omnes viri affatus vereri. Veloso in Judith. 1. Parat. 1.

Apparuitque ei Dominus. Ex. 3. 2. Ignis in rubo, est Deus in B. Virgine conceptus, & natus: illa est ejus virginitate. Ita Theodoros, Rupertus, Bernardus, Greg. Nyss. ubi nota: aptè virginitatem comparati rubo: quia per humilitatem, & asperitatem vitæ conservanda: in deliciis enim castitas est in periculo. Corn. hic.

Mulier excubabat in officio tabernaculi. Ex. 38. 8. Excubare significat vigilias militares ad arcendum hostem. Nihil Virginitatis congruentius, quam vigilare, excubare. Væ castitati, quæ ad horam dormitat. Sanct. Chrysostr. hom. 40. ad pop. quid Salomone beatus? sed, quia dormitavit, cecidit. Gen. 39. 7. S. Greg. Nyss. illa dicebat quid mecum: adolescenti autem contra proclamabat temperantia, vigila mecum. Bæza. J. 1. c. 6. §. 7.

Abiit regina à dextris tuis. Psalm. 44. 10. Sponsus in acie stat: debet ergo, & ipsa armis succincta viriliter dimittere. Nemo in acie postus otiosus stare potest, nè cadat. Et hinc est, quod Salomon Virginem caltris comparat. Cant. 6. 9. terribilis ut castrorum acies ordinata. Sanct. Paschasius hic.

Sicut vita cocinea labia tua. Cantic. 4. 3. Sponsarum agni, hoc est, Virginitatis labia præcipue decet esse, sicut vita est cocinea: & sermo earum semper charitate ardeat, Passionis agni, & sponsi rubeat: qui semper debet esse in corde, semper fit in ore candidus, & rubicundus, dulcis Jesus. S. Bern. tr. de Pass. Dom. c. 31.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilee. Luc. 1. 26. Querant transmigrationem (Galilee) Virgines, Virginitatem inimitabilem: ut in nullo visibili virginitatis ligetur affectus, Nil diligat, quod castissimi sponsi dilectionem impediat: nè querat diligere, à quo decet separari: qui non potest beatè. Sim. Cass. l. 2. c. 1. de B. V.

Hec Angelorum militia est; semper esse in Dei laudibus, orationibus conciliare crebris, atque exorare Dominum, studere lectione, vel operibus continuis, mentem occupant: separati à cetera mulierum: sibi ipsi invicem tutam præbent custodiam. S. Ambros. ep. 82.

Novi Virginitatis vim; novi hujus certaminis contentionem: quantum hoc habeat prelium difficultatis, intelligo. Vehementi quodam, & forti, animo opus est, & qui nullum habeat sensum voluptatis: quandoquidem per candentes carbones, ut non aduraris: per mucrones gladiatorum, ut non

faucieris; est incedendum. Ea est enim libidinis vis, ut cum igne, & ferro conseratur. Quamobrem adamantina quadam rationis vi, oculis nunquam lomo convenitibus; summa tolerantia; muris etiam firmis, opus est, quibus munitur: vigilantibus præterea, fortibusque custodibus: imprimis vero divinæ gratiæ indigemus adjumento. S. Chrysostr. l. de Virgin.

Paupertas eis in pretio est, & eò ampliùs, quod ex ipsa major approximatio fit ad sponsum; qui pauperes requirit; sed divites non repellit. Verumtamen Virgo pauper propior accedit ad Crucem, nuda rebus temporalibus. Virgo nudam crucem astringit ardentius: & tantò illius arboris fructus gustat sapiùs, quò sibi fructum terrenarum arborum interdixit. Sim. Cass. l. 2. in Luc. 2.

Convenit dicatis Deo Virginitatis civitatem Nazareth incolere; propter florem campi, & lilium convallium, Dominum omnium Christum; ad florentem per eum, & juxta eum, ad aliam vitam: quoniam in ista nihil manet, aut floret; quod in vespere non decidat, & arefcatur, & marcescat. Id. ibid.

Deus posuit in firmamento Virginitatis Librari, & Leonem: ut hinc temperantia, inde fortitudine, feminat. S. Basilus or. 8. de Joseph. fuga usus pro armis.

S. V.

Virginitatem servandi, & tuendi motiva.

Donum est homini mulierem non tangere. 1. Cor. 7. 1. Dices Gen. 2. 18. dicitur: non est bonum esse hominem solam. Respondet: Deus in Genesi loquitur de bono speciei; Paulus de bono individui, Deus tempore Mundi vaci; Paulus pleni. Deus de bono temporalis; Paulus de bono vite spiritualis, & æternæ. Corn. hic.

Virgo es, ò Virgo: non curveris non insectaris in terram; ut in te flos paternæ radicis ascendant. Hortus clausus est Virgo; serva fructus tuos: hortus clausus in te spinæ; sed uvæ tuæ florent. Hortus clausus es filia: nemo auferat sepe tu pudoris - Paradisus est Virgo; Evam cave. Fons signatus est Virgo: nemo aquam tuam polluat, nemo conturbet; ut imaginem tuam in fonte tuo semper attendas. Porta clausa est Virgo: nemo aperiat januam tuam, quam semel clausit sanctus, & verus; qui habet clavem David: qui aperit, & nemo claudit: & claudit, & nemo aperit. Apoc. 3. 7. S. Ambros. l. de inflit. Virginit. c. 9.

Splendebas, ut argentum: fulgebas ut aurum; quando cum sincera conscientia procedebas. Eras tamquam stella in manu Domini. Apoc. 1. 16. Quæ ista subitanea conversio? De Dei Virgine facta es corruptio Sathanæ, - de habitaculo Spiritus S. turgurium diaboli. Quæ incedebas cum fiducia, ut columba, nunc lates in tenebris sicut stello: quæ fulgebas ut aurum, propter virginitatis honorem; nunc vilior facta es luto platearum. Id. l. ad Virginit. l. 4. c. 2.

Cave, queso, nè quando de te dicat Deus: Virgo Israel profecta est in terram suam, & non est, qui suscipiet eam. Amos 5. 1. Audenter loquar: cum omnia possit Deus, suscipere Virginitatem, non potest post ruinam. - Rectius fuerat homini, suscipisse conjugium; ambulasse per plana; quam ad altiora tendentem in profundam Inferni cadere. S. Hieron. ep. 22. ad Eustoch. de Virginit. custodia.

Virginitas, si perditur, irreparabile bonum. Poterit liquidem poenitentiam misericordiam consequi: non autem coronam assequi virginalem: neque illud cantare Canticum, quod solum centum quadraginta quatuor millibus coram agno cantare conceditur. Sim. Cass. l. 2. c. 1.

Virginitas vitro debilior: vitrum enim non frangitur, nisi tangatur: Virginitas autem solo visu concupiscentiæ ladiur. S. Vinc. Ferr. l. de S. Agnetæ.

TITULUS XV.

VIRTUS.

§. I.

Figuræ, & Symbola.

Offa.

Quoniam conturbata sunt ossa mea. Pl. 6. 3. Id est, virtutes animæ obcurate sunt, & extenuate virtutes simul conturbatae sunt. Per ossa virtutes accipimus; per quas nimirum animus sustentatur. Sicut enim in ossibus est fortitudo corporum; ita in virtutibus robur innitur animarum. S. Greg. in Pl. poenit. hic.

Dum confringuntur ossa mea. Pl. 41. 11. Id est, virtutes destruantur. Hugo à S. Vict. hic.

Deus dissipabit ossa eorum. Pl. 52. 6. Offa sunt virtutes: quia,

quia, sicut ossa sustinent corpus; ita virtutes sustinent animam. S. Vinc. Ferr. l. 3. in Epiph.

Construit omnia ossa mea. Thren. 3. 4. Per ossa virtutes animæ demonstrantur: quia, sicut ossa firmamentum sunt corporis; ita virtutes fortitudo sunt animæ. S. Paschas. hic.

Non frangerunt ossa crura. Joan. 19. 33. Idcirco crura sibi frangi noluit: quia ossum fracturam nullum usquam bonum sui similitudine commendat. Offa namque, quæ ubique in Scripturis mysticè pro virtutibus accipiuntur, nihil nobis mysterii prædicant in eo, quòd frangerentur. Sed è contra crura ejus in eo, quòd integra conservata sunt, illud nobis mystificant; quòd universe viæ ejus rectè inviolabiles sunt. Sanct. Rupertus lib. 14. hic.

Alia Symbola.

Ex Veteri.

Dies mei - pertransierunt, quæ naves poma portant. Job 9. 25. 26. Quæ scilicet ad vendendum festinant, nè per moram putrescant. Significatur etiam studium tendentis ad finem. q. d. dies mei non pertransierunt vacui: sed virtutes congregavi, cum quibus tendo ad finem consequendum. S. Thomas Aqu. hic Lect. 4. Per poma, quæ sancti portant per naves, significatæ sunt virtutes, & opera virtutum: habent enim decorem, odorem, refectionem. Idem Conc. quadam de mortuis.

Protectus in velamento alarum tuarum. Pl. 60. 5. Per umbram alarum Dei, quæ velament loco nobis est, si quis virtutes intelligat, minime aberraverit. S. Greg. Nyss. tr. 1. de inscript. palmor. c. 14.

Benedictio coronæ anni benignitatis tua. Pl. 64. 12. Quasi enim coronam anni benedicimus; cum, finito laboris tempore, virtutum remuneratio confertur. Dies autem hujus anni sunt singule quæque virtutes: menses autem, multiplicia facta virtutum. S. Greg. mor. l. 4. c. 17.

Omnes domesticus vestitus sunt duplicibus. Prov. 31. 21. Duplex est vestitus hyemalis, & æstivalis. Vestem hyemalem dico virtutes; quibus progredimur contra pluviam, & grandinem tentationum, & persequendum: ut est patientia, mansuetudo, humilitas, & humilmodi. Æstivalem dico virtutes; quibus tempore pacis, & tranquillitatis, vacatur bonis operibus, vel contemplationi, ut est pietas, charitas, sapientia. Hugo Card. hic.

Cor sapientis in dextera ejus, & cor stulti, in sinistra illius. Eccl. 10. 2. Cor hoc loco pro intellectu, ac mente accipi decet. Sapientis itaque intellectus semper in dextris vergit partes virtutis, ac laudabiles: stulti autem mens sinistra fertur, & in ea, quæ facile culpæ possint. Olympiod. hic. Sicut stultus nobis in dextera parte virtutes, ita nobis pars vitiorum in sinistra. S. Chrysol. l. 9.

Curremus in odorem unguentorum. Cant. 1. 3. Virtus est unguentum: quoniam est seculum ab omni terro odore peccatorum. S. Greg. Nyss. hom. 4. in Cant.

Oculi tui columbarum. Cant. 1. 14. Columbae sunt virtutes mutuo amore colligatæ: Deo autem non offerimus columbas, sed pullos; non habitus, sed actus earum. De Ponte hic Exh. 10. §. 1.

Egrediamur in agrum. Cant. 7. 11. In agro Christiani, in vallis Ecclesiæ, in floribus fides, in fructibus virtutes, in malis Punicis Martyrium designatur. Sanct. Isidorus hic.

Via Sion lugens. Thren. 1. 4. Viæ sunt animæ virtutes ad solennitatem contemplationis. S. Thom. Aqu. hic.

Ex Novo.

Ubi est, qui natus est? Matth. 2. 2. Sicut Rex est Dominus civitatum sui regni; ita Christus est Dominus omnium virtutum; quæ dicitur civitates sue. Si ergo volumus eum petquirere cum sanctis Regibus, queramus eum in suo dominio: quia rex communiter moratur in suo regno. Sanct. Vinc. Ferr. l. 2. in Epiph. Dominus virtutum ipse est rex gloria. Pl. 23. 10.

Innamur arma lucis. Rom. 13. 12. Id est, virtutes: quæ arma dicuntur: in quantum nos muniunt. Sanct. Thom. Aqu. hic.

Si quis autem superaddiderit lapides preciosos. 1. Corin. 3. 12. Per lapides preciosos designantur opera diversarum virtutum, quibus anima humana ornatur. Eccl. 50. 10. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide preciso. Sanct. Thom. Aqu. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Si circulus non magnitudine spatii, sed quadam conformacione, ceteris præstat; quanto magis de virtute existimandum est; quòd non majoris loci occupatione, sed divina quadam congruentia rationum, atque concordia, ceteras affe-

ctiones animi superat. Sanct. August. l. de quantitate animæ cap. 16.

Vitatores valde solliciti sunt de bonis hospitibus. Bona hospitia ad quiescendum sunt; charitas misericordia, patientia, castitas, & ceteræ virtutes. Sanct. Bonavent. ferm. Dom. 3. Epiph.

Stella. Lem. Non indiget auro. Virtus ipsa sibi magnum premium est; nec ornamenta ulla aliunde desiderat. Justus Lipsius præfat. l. 1. var. lect. Picinelli.

Urfa minor. Lem. Sine occasu felix. Vel: Sub juvenalioris frigidò. Idem.

§. II.

Virtutis vocabula, & nomenclatio; in quo consistat.

Reli diligunt te. Cant. 1. 3. Sept. relictudines diligunt te. Virtutes vocantur relictudines: quia ipsarum essentia, & perfectio in relictudine consistit, omni curvitate submota. De Ponte hic Exh. 16.

Tot videberis accepisse uxores, quot virtutibus grandes. Origenes hom. 11. in Gen.

Nil aliud sunt virtutes, quam ordinate affectiones. S. Bern. tr. de gratia, & lib. arbitrio.

Si à sine denominatur res, & virtutes ducunt hominem ad illam finalem beatitudinem; ideo virtutes dicuntur beatitudines. S. Vinc. Ferr. l. 1. de S. Martino.

Ordinantur acies virtutum, & preparantur in clypeis, & lanceis, adversus caltra vitiorum. De caltris virtutum ejectionis virtus, quæ præter ordinem evagatur: perdit enim virtutis nomen, quæ egreditur ordinem. Virtus igitur non est, si ordinata non est. Petrus Cellens. de pane lug. c. 13.

Virtutem assequendi motiva.

Excellentia, laudes, prærogativa.

Ex Veteri.

Non cognovit homo sepulchrorum ejus usque in presentem diem. Deut. 34. 6. verum æterna ejus durat memoria: non Mausolei suffragio, sed egregie factorum auxilio. Gloriosius post mortem prædicant egregia facta, quam infans, & arte tota elaborata sepulchra: tempore ferreo dente marmorea devorat simulacra: virtus æterna est, nec temporum assiduis vincitur. Nax. in Jos. 12. §. 6.

Quæ est portio tua Esther. -- Etiam si dimidiam partem regni mei poteris, imperabis. Esth. 7. 2. Pro erudendo populo à mortis sententia, solum datur, regem exorare Estheri. Cur non etiam datur potestas ad aliqua miracula? sicut Moyse pro liberando populo à servitute: cum majori in periculo versetur populus sub Assuero, quam Pharaone. Esther tunc non protergo, sed pro populo rogat. Ubi tam conspicua barbaris erat: virtus Esther, ut etiam oblatum regnum sperneret; non necessaria erant miracula, ut Assueri mentem in pietatem moveret. Sylv. in Matth. 21.

Vir erat in terra Hui nomine Job: & erat vir ille simplex, & relictus. Job 1. 1. Quid potissimum, & primum mirari debeamus in hominibus; factæ author historiarum nos admonet: virtutem nempe præ ceteris admirationi, laudibus esse debere. In Jobo enim non opes prædicat, & liberos; sed hæc, quasi appendicem fortis, narrat, postquam justum, dixit, & innocentem. Nos, morum omnia probitate, & in hominibus opes veneramus: tantique factus Senatorum; non quanti est; sed quanti eum haberi faciunt supplex, & genus. Oliva l. 6. Strom. §. Vir erat &c.

Tempus stendi, & tempus videndi. Eccl. 3. 4. Virtutes faciunt nobis tempora bona; vitia, & peccata, faciunt tempora mala. Salomus hic.

Vade ergo, & comede in lacina panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum. Eccl. 9. 7. Panis, & vinum rationalis creaturæ, sunt ipsæ virtutes, ex quibus animæ nutriuntur. Olympiod. hic.

Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delicias affertus. Cant. 8. 5. Deliciis affertus, cum virtutibus abundamus. Super dilectum innititur, cum Deo adscribimus, quidquid boni operamur. Sicut virgula sumi ex aromacibus ascendimus; cum virtutum studio, & disciplina exercitatis, proximos nos ad bene agendi similitudinem incitamus. S. Bern. in Sententiis.

Ex Novo.

Beati pauperes spiritu. Matth. 5. 3. In quavis beatitudine duo tanguntur; scilicet meritum, & præmium. Meritum est ipsa beatitudo vite, videlicet actus virtutis, cum dicitur Beati. Præmium vero est merces merito correspondens; quod tangitur, cum dicitur, quantum. Cum enim actus virtutis fit

in hac vita laboriosus, aliquo modo, maxime in principio (ars namque, & virtus, sunt circa difficilia, secundum Philosophum) iudicio Saluator, beatitudines commendans, protinus subdit de premio: ut ad beatitudines excedendas nos excitet. Commemoratio enim mercedis provocat, & confortat laborantem. Dion. Carth. hic.

Ipsum est regnum caelorum. Matth. 5. 3. Fortassis unaqueque virtus est regnum caelorum; ut, iuxta hunc sensum, iam in regno caelorum sit, qui secundum virtutes vivit. Orig. tr. 1. in Matth.

Omnia arbor, qui non facit fructum bonum. Or. Matth. 7. 19. Cur arbori bonae non deputatur praemium, sicut male poena? *Habes pauca nomina in Sardinia, qui non inquinaverunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis, quia digne sunt.* Apoc. 3. 4. Qui vicerit, sit vestitus vestibus albis. Si ipsi jam habebant vestes puras; cur illis haec promittuntur? non potius promittuntur purpura, byssus, aurum, gemmae? Quia virtus ipsa sibi praemium, & ornatu. Sylv. hic. qu. 12.

Fuit in diebus Herodis. Luc. 1. 5. Dum Lucas Zachariae dignitatem, & nobilitatem, describit; apponit verbum fuit praeteriti temporis: dum autem ejus, & uxoris, sanctitatem narrat, ponit verbum erat imperfecti temporis: *erant justi ante Deum.* v. 6. Verbum fuit significat rem praeteritam, ac transactam: verbum autem erat aeternitatem, ac permanentiam: & ideo usque est eo Joannes in generatione aeterna: in principio erat Verbum Or. Omnis hujus saeculi dignitas, & nobilitas, cito deficit: iustitia autem coram Deo aeternam durat. Sylv. hic. q. 1.

Quis tibi beati, qui audivit verbum Dei. Luc. 11. 28. Dice, in majore aedificatione esse apud Deum minimam virtutem, quam supremam dignitatem. Sylv. hic.

Nondum venit hora mea. Joan. 4. 4. Non appellavit Matrem ex carne, qui tantum virtutis in hominibus quaerit. Simon. Caff. lib. 2. c. 25.

Ex Patribus, & aliis.

Verè dives, qui in conspectu Dei potest dives videri: in cuius conspectu terra exigua, Mundus ipse angustus est. Sed solum illum Deus divitem novit, quid sit dives aeternitati: qui non opum, sed virtutum fructus recondat. S. Ambros. ep. 10. ad Simplicianum.

Libenter in sinu Sanctorum quiescit Dominus: unde, & Joannis Evangelistae finem, ut in eo accumberet, libenter elegit. Sinus ergo, in quo Christus requiescit, non corporis gremio preparatur, non vestimentorum ambitione componitur; sed caelestium virtutum operatione colligitur. Nam Christi finis erat in Joanne Evang. fides: in Deo Patre divinitas: in Maria Matre Virginitas. Ibi finis Christi est, ubi habitaculum est virtutum. Ibi reclinat caput suum, ubi domicilium caelestium invenit praceptorum. Idem l. 18. de sancta Epiphania.

Amiserunt omnia (Christiani, ut objicitur Gentiles) quae habebant. Numquid fidem? numquid pietatem? numquid interioris hominis bona? qui est ante Deum dives! Haec sunt opes Christianorum; quibus opulentus dicebat Apostolus: *est autem quibus magnus, pietas cum sufficientia.* 1. Tim. 6. 6. S. August. de civ. l. 1. c. 10.

Semper virtus rara est; & arcta, & angusta via; quae ducit ad vitam &c. S. Hieron. in Ezech. c. 32.

Verè ergo divitiae, non opes sunt, sed virtutes; quas secum conscientia portat; ut in perpetuum dives fiat. S. Bern. de adv. D. l. 4.

Vestis nostrae virtutes sunt: bona vestis charitas, bona vestis obedientia. Idem l. 1. in Sept.

Non recti planè, sed perversi, est animi; ante quærare gloriam, quam exercere virtutem; & velle coronari, qui legitime non certaverit. Frustrà ad celestium nititur gloriae, qui prius non claruit virtute. Virtus gradus ad gloriam, virtus mater gloriae est. Cujus vita repleta bonis, quid nisi mensa repleta cibis? Idem serm. 1. in Natali Sancti Victoris Conf.

Per virtutem perveniunt ad gloriam: quia *Dominus virtutum ipse est Rex gloriae.* Psal. 23. 8. 10. Et alibi ait idem Propheta: *ne videam virtutem tuam, & gloriam tuam.* Psal. 62. 3. Idem l. 3. de adv. Dom.

Beata illius latitudo animæ, beata fratris illius mentis: ubi Pater, & Filius, ut non dubito, una cum Spiritu S. recumbit, cœnat, & mansionem facit. Quibus, putas, opibus, quibus copiis, tales convivere pascuntur? Pax ubi primus cibus est, humilitas simul apponitur, ac patientia; mansuetudo quoque, ac lenitas: & quod summè ei suavitatis est, puritas cordis. Charitas autem in hoc convivio principalem obtinet locum. Origen. hom. 2. in Cant.

Quid est vestimentum animæ? virtus: quæ nuditas? peccatum. S. Chrysol. hom. 25. in Acta.

Si sis memoriæ cupidus; ego te doceo viam veram, &

aperitissimam. Virtutis curam gere: nihil enim facit nomen adeò immortale, ut natura virtutis. Id offendunt Martyres, offendunt Apostolorum Reliquiae; ostendit memoria eorum, qui regè, & ex virtute vixerunt. Idem in Pf. 48.

Sicut, licet quis margaritam luto obruat, nihilominus nativam retinet pulchritudinem: sic & virtus, quocumque eam proferas; suam vim exerit, etiam in servitute, etiam in afflictione, etiam in prosperitate. Idem homil. 63. in Genes.

Nihil est viro vilius (est rex sit) quando est vitio deditus: quemadmodum nihil est vel captivo regalius, ac magnificentius; quamdiu virtutem possederit. Idem in Pf. 6.

Quid prodest homini? si pecunias possideat, virtutem verò non possideat? Villam, inquit, fertilem habeo. Quid est hoc at animam fertilem non habes. Habeo mancipia; sed virtutem non habes: quod alterius est habes; tua verò non habes. Id. hom. 6. tr. in terramotum.

Erit, erit major caelo, qui sic vixerit, sicut docuit Paulus: erit clarior sole: qui sic virtutum radiis toto orbe splendet; ut fuscari se nulla vitiatorum nocte permittat. Erit, erit ille lucidior luna; qui tenebras has non tenuato lumine temperat; sed totam saeculi noctem pleno meritorum fulgore depellit. S. Chrysol. l. 10.

Virtutis desiderium praecellit miraculorum operationem, Prophetiae domum, linguarum genera, interpretationem sermonum, sanatum gratiam, naturalium scientiam, & cognitionem caelestium. Multi talibus perierunt: virtutibus autem nemo. S. Laur. Just. opusc. de inter. consil. c. 9.

Haec est haereditas nostrae; quae nec eripi cupimus, nec transferri ad alterum potest. Lactantius div. inst. lib. 7. de divino praemio.

Apud amatorem virtutis virtus ipsa jam praemium est. B. Eucherius l. 6.

Virtus est gratuita unctio regalis promotionis. Sicut enim reges, qui promoveuntur ad regna terrena unguuntur sic Deus Electos suos ungit unctioe gratiae, ad obtinenda regna caelestia, & terrena. S. Bonav. dicit Sal. cap. 24. de virtutibus, in com.

Quid est vita nostra? virtutes sunt vita nostra, quibus anima rectè vivit. S. Dorotheus Doctrina 8.

S. IV.

Virtutem comparandi motiva varia.

Ex Veteri.

Dixit Deus: fiat lux; & facta est lux Or. Gen. 1. 3. Quod praecipit David: *ipse dixit, & facta sunt.* Non manus admovit Deus; sed Verbo omnia condidit: ut ostendat, quam facile sit studium virtutis; praecipue qua Deum in eo habemus adiutorem. Pinna Ethol. 182.

Vocabis nomen ejus Isaac. Gen. 17. 19. Filius Abraham virtus est. Isaac interpretatur risus: ita Philo l. 2. alleg. Et Rebecca, quae interpretatur Patientia, copulatur Isaac. Id. Ethol. 7.

Jacob suavem requiem reperit super lapidem. Gen. 28. 11. Sic vir iustus in virtute. Id. ib.

Iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum. Ex. 16. 15. Panis, quem terra profert, multo labore constat: in sudore vultus tui veseris pane. Gen. 3. 19. Coelestia per virtutes, facile parantur; terrena difficulter. Id. Ethol. 182.

De petra melle. Pl. 80. 17. Carent humana letitia, quam virtus habet. Per petram, ex qua Moyses aquam dulcem elicit, quam Psalmista vocat melle, intellige virtutem; ex qua dulces emanant aequae voluptatum.

Qua est ista, qua ascendit per desertum? Cant. 3. 6. Arab. ex deserto. Angeli, inquit Myrsenes, Theodoretus, S. Ambr. &c. Et homines, talem animam cernentes, quasi admirantes dicunt: quænam est ista? quàm strenua, quàm fortis! quæ, cum descendere deberet; eò quò ex Adæ terra compacta est, originisque pondere per ima saeculorum præcipitem se dedit; nunc vi nova, planeque mira, in virtutis ardua descendit? Ascendit, inquam, de deserto Mundi, ubi solitudo est virtutis, & sanctitatis? Cornel. hic.

Sicut Virgula sumi. Ibidem. Anima sancta vocatur virgula sumi: quia gracilis est, & delicata; disciplinis Spiritus S. attenuata; subtilis, non habens consuetudinem carnalium desideriorum. S. Greg. & Cassiod.

Ex Patribus, & aliis.

Cicutes, & placidae, accessu faciles, ac perviae, virtutes suppeditant bona, & dilargiuntur; vitæ sunt conciliatrices. Sanct. Basilus in Il. 8. q. d. ignavus eam habet de virtutibus; & poenalis operibus opinionem; quòd sint essentiae leones, tygrides monstræ. Sed errant: quia virtutes, & omnes exercitationes, cicutes, & placidae, aves sunt; quæ facile capi, mansuescere possunt: columbae sunt sine felle, agni

agni sine unguibus. Did. Nyff. Polit. Coel. p. 2. q. 3. Virtus ignavia nostra adua.

Somniores sunt, qui immanem, & feram, virtutem opinantur. S. Gregor. Nyff. de Virginit. c. 23. Inaccessæ rupes putantur; qui est planus compus: impervium mare; quòd est vadus fluvius. Did. Nyff. ibidem.

In uribus, quasi in solitudinibus, versans: quòd hominum congressus illius virtutem nihil læderet. S. Gregor. Nyff. orat. fun. de fratre suo. S. Basilio.

Virtus habet laborem brevem; fructum verò cum hilaritate indefinentem. S. Chrysol. l. 6. hom. de Anna.

Talis est virtus: habet quidem brevis temporis laborem: perpetuam autem letitiam. Idem. in Pf. 140.

Omnia mortalibus ad virtutem providentur: & inter tot armamenta justitiæ non esse justum, creaturæ defectus est, non incuria Creatoris. Hildebertus ep. 32.

A virtute quies, vitis est exordium. Studita f. 108.

Omnes aeternæ vocantur ad Sabbarum virtutis; ut ad Sabbarum aeternæ beatitudinis perveniant. Sim. Caff. l. 4. c. 7.

Benjamin alia interpretatio virtutis filius appellatur. Naturali nempe amore fertur filius in parentem. Etenim omnino homo sic creatus est, cum divinum in se suscepit imaginem; ut in virtutem, velut in matrem, inevulsiibili amore feratur. Idem l. 14. Joan. 21. 6.

S. V.

Virtus una non sufficit; omnibus orneris.

Figura, Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Germinat terra herbam viventem, & facientem semen; & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum. Gen. 1. 11. Quibus verbis innuit, velle se, dum terra omnis generis fructus profert; ut anima quoque varios fructus virtutum, & honorum operum proferat. Beffus D. 2. Adv.

Eccè odor filii mei sicut odor agri pleni. Gen. 27. 27. Exercendis ad sanctimoniam mentibus, atque corporibus, ipsa quoque mundi elementa famulantur. S. Leo f. 6. de jejuniis septimi mensis.

Gyra omnes greges tuos, & separa cunctas oves varias, & sparsas vellere. Gen. 30. 32. Pastor pallorum fortis luctator, & verus Jacob, totum gregem suum vult variatum, pulchrum, maculosum; non unicolorem, sed vario colore respersum. Non enim tibi sufficit una virtus, ut sis ovis Christi: non facis est, ut sis humilis, vel castus, vel mansuetus, vel pius, vel inveniatis, ut Electorum ovili adjungaris; sed ex pluribus, aut ex omnibus, virtutibus oportet esse decoratum. Talis erat illa Pf. 44. 10. quæ assistit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. S. Thom. Vill. f. 2. D. 2. Quatro.

Parabam, me ligare manipulos. Gen. 37. 7. Aliter Pharaoni in somnis offenditur: *septem spica pallulabant in culmo uno.* Gen. 41. 5. Quia non Pharaoni, sed Josepho, ostendebatur perfecta sanctitatis corona; quæ non ex una, alterave, virtute, sed ex omnibus textitur. Sylveira in Apoc. 3. 4. q. 46.

Facies quæ lucernas septem. Ex. 25. 37. Non unam solum in conspectu Domini ascendit, sed septem: quæ virtutum universitatem designant. Si unius tantum virtutis lucernam accendas; à Dei conspectu, & tabernaculo abjiceris. Pinna Ethol. 33.

Assitit regina à dextris tuis circumdata varietate. Pf. 44. 10. Non solum vestitu deaurato, & fimbriis aureis, decoratur; sed & omni lapide pretioso cooperitur. S. Amedeus hom. 2.

Collum tuum sicut monilia. Cant. 1. 9. Non fat erat ad perfectum decorem sponse tuam monile. S. Gregor. Nyff. hom. 3. in Cant. est hoc quoque consilium, quòd à Verbo præbatur toti Ecclesiae: non oportere nos, ad bonum unum aspicientes, in cœteris rectè factis esse negligentes. Sylveira in Apoc. 3. q. 46.

Horris conclusus. Cant. 4. 12. Tot horri sunt, quot virtutum plantationes simul collectæ. Ubi tantum flos unus est, quis ibi hortum esse definit? Sic nec una castitatis plantatio, nec una iustitia, horti potest integritatem explere. Gilbertus l. 37. in Cant.

Exiit primo manù conductere operarios in vineam suam. Matth. 20. 1. S. Chrysol. in Catena: vinea ejus iustitia est. Cur sub vineæ imagine iustitiam adumbravit? quia in vinea, inquit Chrysolomus, non una, aut altera vitis; sed plures. Naxerai Jos. 18. §. 19.

Lucerna ardentes in manibus vestris. Luc. 12. 35. Tracta est hæc similitudo à servulis, qui sub noctem facem dominis præferunt. Sed cur lucernas, non unam lucernam manibus gestant præcipit? singuli servi singulas faces, ante dominos gerant: qui nunquam vidit plures ab uno præferri? oportet nos cunctis virtutibus fudere; nec uni ita attendere, ut deseramus alias. Pinna Ethol. 33.

R. P. Spanner Euly. Tom. II.

vestimentis albis induar. Apoc. 3. 18. Prius fudetur ei aurum ignitum emere, mox albis vestiendum: quia à charitate omnis virtus procedit. Ad perfectam sanctitatem non sufficit una virtus, sed multa: ideo dicit, vestimentis induendum. Sylveira hic q. 46.

Iris. Lem. Variè pulchrior. Picinelli.

Motiva.

Ex Veteri.

Summi Sacerdotis Heli virtutes qui non miretur? aderat templo. Annam benedictione imperis, Samuells interpellationem ter pertulit, latam in se à Domino sententiam æquifimè tulit. Quot ejus in corde drachmae? una defuit, severior scilicet in coercenda filiorum luxuria disciplina; ideoque fractis cervicibus expiravit. 1. Reg. 2. 23. Nemo non novit Ezechiae regis drachmas, sublato lucos, restitutum religionem, preces non semel fufas; is gaze tamen gloriola ostentatione; & sibi luctum, & suis compedes, seminavit. Il. 39. 4. Oliva l. 5. Strom. §. quæ mulier habens drachmas decem.

Iustitia inducus sum, & vestivi me sicut vestimento. Job 29. 14. Vestimento utique cum vestimur, ex omni parte circumdamur. Ille ergo iustitia, sicut vestimento, vestitur, qui se ubique bono opere protegit; & nullam partem actionis suæ peccato nudam relinquit. Nam qui in aliis actionibus iustus est, in aliis injustus; quasi hoc latus cooperit, illud nudavit: nec jam bona sunt opera, quæ subortis aliis operibus, inquinantur. Did. Nyff. D. 5. Epiph. §. 3.

In vis iustitiæ ambula, in medio semitarum iudicii. Prov. 8. 20. Nota: non in via iustitiæ ambulatur, sed in vis. Sunt, qui iustitiæ unam solam esse viam putent. Oliva l. 4. Strom. §. In vis &c.

Ex Novo.

Cum esset iustus. Matth. 1. 19. Vocari iustum attendite, propter omnium virtutum perfectam possessionem. S. Hieronymus.

Sic docet nos implere omnem iustitiam. Plurali numero se posuit; quod in aliqua Evangelii parte simile genus loquendi nunquam reperimus; sed, propter membra coherentia sibi, Christus tali loquendi genere factus est. Non solum hæreferebantur ad Christum, & ad solum Joannem; sed ad Christum, & ad corpus sibi demòdò coaptandum, quam Christo in se implente, subsequencia membra, quæ salvanda erant, sic omnem iustitiam virtutis, & operis, impleverunt. Sim. Caff. l. 9. c. 3.

Esse perfecti. Matth. 5. 48. Non per ampliora diffusior, non per angustiora contractior, non altior in excessis, non humiliatus in infirmis, non major in magnis, non minor in minimis: sed unus, idemque æqualis ubique. B. Petrus Dam. l. 2. ep. 17. de Deo.

Virgines enim sunt. Apoc. 14. 4. hi sequuntur agnum. Agnus nosse charitatem habuit, gratia humilitatis enituit, patientiam servavit, mundanae dignitatis altitudinem sprevit, inimicos dilexit. Ille itaque agnum, quocumque ierit, sequitur; qui non sola Virginitate ejus vestigia, sed per omnes quoque virtutum semitas, imitatur. B. Petrus Dam. l. 2. de nat. Virg.

Ex Patribus.

Connexæ sibi sunt, concatenatæque, virtutes: ut, qui unam habet, plures habere videatur. S. Ambros. lib. 5. in Luc.

Ethica est, quæ sui curam gerens, cunctis sese erigit, exornat, augetque; virtutibus: nihil in vita admittens, quo non gaudeat; nihil faciens poenitendum. S. Richardus à S. Vid. tr. Exposit. l. 1. c. 13.

Senectam unus cinis non facit. S. Gregor. Naz. in Jambico.

Curandum, nè bona nostra pauca sint, nè indiffusa: nè, aut pauca agentes, inveniamur steriles; aut indiffusa relinquentes, vecordes. Neque enim unaqueque verè virtus est, si mixta aliis virtutibus non est. S. Gregor. mor. lib. 1. c. 20.

Una virtus sine altera, aut omnino nulla est, aut minima: si enim aut castitatem humilitas deserat, vel humilitatem castitas derelinquit; cum Deus deseretur tam superbius, quam immodestiam; quo modo oculis ejus accepta erit castitas elata, vel humilitas immunda. Idem in Pf. poenit. Pl. 3.

Virtutes, si separata fuerint, dilabuntur: æquitas sine bonitate factiva est; & iustitia sine pietate crudelitas. S. Chrysol. l. 145.

Quid faciemus ut salvemur? aggrediamur virtutem, cum tempus habemus: distribuamus virtutes nobis, sicut sibi distribuunt agriculturam agricolæ: in hoc mensè vincamus de traditiones, injurias & decimus: hodie ab hoc nos vitio corrigamus; in illo autem mensè patientiam doceamus &c. &c.

kk

cum hanc virtutem in habitu perceperimus, ad aliam trans-
amus. S. Chrysol. hom. 24. in ep. ad Hebr.

S. VI.

Virtus ardua: cur? & quibus?

Ex Veteri, & Novo.

Iter pigrorum quasi sepes spinarum; via iustorum absque offe-
diculo. Prov. 15. 19. Hebr. via pigrorum veluti sententiam spinarum;
& semita iustorum complanata. Alludit ad hortos sepi-
bus spinarum obseptos. Sicut enim viator, qui vult fructibus
hortorum gaudere; necesse est, ut sepes spinosos tran-
seat: sic, qui vult fructibus virtutum frui, sepes tentatio-
num, & difficultatum perumpat. Genuine sic explicatur:
iter ad honestas virtutes pigris videtur durum nimis, arduum,
impervium, quasi spinis septum: via autem iustorum, qui
strenue progrediuntur in via iustitiae; absque offendiculo, fa-
cilis, & trita. Cornelius hic.

Hanc occupationem possimam dedit Deus filiis hominum, ut
occupentur in ea. Eccl. 1. 13. Si autem in ipsa virtus cum labo-
re persequitur; & hoc item homini perutile est. Si enim, quo-
modo te vertas, & circa bonum, & circa malum, laborare
oportet: consequitur verum malum unio, bonum autem
fructu, voluptateque ineffabilis: sine illa comparatione pro-
pandus est labor, & occupatio, circa bonum. Olympiodo-
rus hic.

Dulce iumen, & desiderabile est oculis, videre solem. Eccl. 1.
7. Et tamen oculos tenebris alius affectus offendit. Sic virtus,
quae iucunda est; molesta, & rediva, est alius affectus in pec-
catum. Stella de contemptu &c. p. 2. c. 48.

Quid videtur in Sulamite, nisi choros castorum. Cant. 7. 1.
Horus ad musicum, castra ad bellum pertinet. Utrumque
subire debent, qui virtutem colit. Fieri enim non potest, ut,
qui ad virtutis concentum aspirat, cum hostibus non pugnet,
& difficile subeat certamen. Pinna Ethol.

Parate viam Domini. Luc. 3. 4. Ardua, & spinosa, & pro-
pter plurima impedimenta, res penè inaccessibleis est virtus. S.
Titus Holtz. hic.

Sed fallax est niger tanquam faciens ciliis. Apoc. 6. 12.
Haec immutatio non in ipsis elementis facta est, sed in homi-
num timido imaginatione: firma terra ins nutare videtur;
id est, virtutem, quae stabilis plane est, nutare credunt; & lu-
cem virtutis tenebras putant. Prima Ethol. 77.

Ex Patribus, & aliis.

Non proclive iter est, quo tenditur ad virtutes: sed ascen-
ditur; & anguste, & difficilius, ascenditur. Origen. hom. 5.
in Exodum.

Non potest accedere, omnino non potest, ut, qui virtu-
tem diligenter exequitur, nunquam plurimos acquirat inimi-
cos. S. Chrysol. hom. 15. in Matth. 5.

In sudore vultus, consolationis, ac virtutis, vescimur pa-
ne; terra cordis, & corporis, vitorum spinas, atque con-
cupiscentiarum tribulos, germinante. S. Lauren. Just. in solem-
nit. S. Joani. Evang.

Cum magna difficultate, facimus bona opera: nec scimus
facere sine Magistro; mala autem scimus sine magistro face-
re. Rectè de nobis est, sicut de lapide, qui violenter ascen-
dit, non à se, sed ab alio; licet per se naturaliter descendat,
& cadat. S. Vinc. Ferr. ser. 4. post Pent.

Humanae naturae minus probabilis est virtus; nec vitorum
potiri quiquam potest, qui non lacatus est. B. Theodorus
Studita. l. 8.

S. VII.

Virtus exercitio fit facilis.

Figura, Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Abraham, Abraham; tolle filium tuum unigenitum &c.
Gen. 22. 2. Guillelmus Pepinus quaerit, cur Deus vocem
Abrahae ingeniarit? Respondet: factum, ad excitandam
voluntatem in effectu tam difficilis iustionis. Sed nunc qua-
ro: cur illum, iterato nomine etiam tunc appellavit, quando
jam asserere manus filio volebat, & Deo obtemperare? Abra-
ham, Abraham, non extendas manum tuam super puerum,
V. 11. 12. Causa est, quod, ut illi arduum fuit, necem filio
inferre, ideoque bis de nomine vocari debuit; sic, postquam
degressus, quantum boni illud tam heroicum opus comple-
deretur; sic illum abrupit obedientia, & incitatum filii im-
molandi desiderium; ut bis quoque vocare oporteret, quod
inmeriteret; sicut bis nominari debuit, ut inchoaret opus.
Did. Nyss. l. 5. D. 5. Quadr. §. 5.

Foritan non erant sepulchra in Aegypto; ideo iulisti nos, ut
moreremur in solitudine. Ex. 14. 11. Ita dixit timore concer-
tus populus, dum mare occurrit. Terrae promissionis vicinis,
non mare, & amarae aquas, sed Jordani fluvium trajicere,
necesse: nec timent; sed intrepide undarum calcant profun-
da: omnis populus per arenam alvum transibat. Jos. 3. 17. Quod
propius virtutis accedimus, placidior, & jucundior nobis est
Magis laborat, qui à profectu magis dilat. Egressio amara,
sed progressio jucunda. Nazera in Jos. 3. §. 36.

Transibis ad montem, atque succides tibi, atque purgabis ad
habitandum spatia; & poteris ultra procedere. Jos. 17. 18.
Mons sylvofos industria potest domari, ut commodus fiat ha-
bitationi. Idem in Jos. 17. §. 30.

Quando petra fundebat mihi rivus olei. Job 29. 6. S. Gregor.
mor. l. 19. c. hic per petram intelligit virtutem: quae dura plu-
ribus, ut petra, videtur; sed decurru temporis dat oleum.
Pinna in Eccl. 6. Ethol. 78.

Assument pennas sicut aquila; current, & non laborabunt,
ambulabunt, & non desicient. Il. 40. 31.

Iesus dicitur in deserto. Matth. 4. 1. Non sine mystatio
Evangelii predicationem aggressus. Deinde abiit per Iasa.
Matth. 12. 1. Tandem introivit in hortum. Joan. 18. 1. Uti-
gnificaret: eos, qui Evangelicam perfectionem aggrediun-
tur; à desertis, & incultis locis ad uberes, & amoenos
agros sensum pervenire. Hæc est, ea, quæ initio difficilis,
& aspera judicabant, amore augebant, tanquam faci-
lia subire. S. Ambros. l. 4. in Luc. videte, quibus itineribus
ad paradysum redcamur. Nunc in deserto Christus est, agit
hominem; instruit, informat, exercet, ungit oleo spiritali.
Ubi videt robustiorem, per Iasa, & fructuosa traducit: po-
stea in paradiso constituit tempore Passionis. Mendoza in 1.
Reg. 14. Sect. 9.

Beati; qui sursurus &c. Matth. 5. 6. Post luctum ponitur
esuries. S. Ambr. l. 6. in Luc. ordinem prosequamur: pecca-
tum deposui, temperavi mores, delicta deservi: esurie inci-
pio, & sitire iustitiam.

Jugum meum suave est. Matth. 11. 30. Juvenci initio jugum
detestant, & ad ferendum vix adiguntur: assueti ultra col-
la supponunt. Sic, licet initio, velut taurus indomitus, pie-
tatis jugum ejicias; tandem assuetus libenter trahas. Pinna
Ethol. 79.

Et accipiens calicem. Matth. 26. 27. Prius panem, postea
calicem consecravit. Theophylactus in Luc. 22. Primò da-
tur panis, secundò calix; prior enim est in spiritalibus la-
boriosus actus, velut panis; non solum, quia in vultus su-
dore laboratur; sed etiam, dum comeditur, non est facilis
ad glutendum. Deinde, post laborem, sequitur exultatio
divinae gratiae, quæ est calix. Comedite, & inebriamini charis-
simo. Sylveira hic.

Mulier, cum parit, tristitiam habet &c. Joan. 16. 21. Docet
spemere ardua virtutis. Virtutem inchoans exercere: concu-
pis; expecta; & gaudebis. Pinna Ethol. 79.

Testimonia.

Ex Veteri, & Patribus.

Venite filii, audite me: simorem Domini docebo vos. Pl. 33.
12. Sicut discipuli initio vix terroribus, & flagellis, ad stu-
dium adiguntur; cum verò proficiunt, scientiæ dulcedine
allecti, vix à studio avelli possunt: sic sensum virtutis tyrones
cum delectatione eam exercent. Pinna Ethol. 79.

In opere ipsius exiguum laborabis, & cito eras de generati-
onis illius. Eccl. 6. 20. in novissimis enim invenies requiem in ea
& converteris tibi in oblationem. V. 29. Studium pietatis con-
suetudine dulcescit. Id. ib.

Iesus tibi dicit: tolle cruceam tuam, & veni, & sequere
me. Matth. 16. 24. Et si talis fueris, ut semper Christum sequar-
is; quanto plus secutus fueris, tanto minus laborabis. Orig-
apud Naxeram in Josue c. 3. §. 36.

Harpye vultum habent Virginum; unguis autem aduncos,
& rapaces. Virtus severo, & gravi vultu: sed si familiariter
accesseris, blandissimo admittit gremio; & brachiis charitatis
constringit. Hildebertus ep. 59.

S. VIII.

Virtus ardua crescit, adversariis gaudet, luce
in terra.

Figura, Symbola.

Quando opprimebant eos; tunc magis multiplicabantur. Ex.
1. 12. Vides quam crescat adversis agitata virtus, quæ in
prosperis languet, & marcescit. In Hebr. pro multiplican-
tur, est erumpunt: sicut aqua, vel fluvius, quod magis ar-
ctatur, & concluditur; eò majori copia eluctatur aggeres,
& obicelque perfringit, & erumpit. Cornelius hic.

Virtus.

Virtutem quidam olim ita expressit: faciem inverfam pin-
xit, quæ majores sese consumendo flammam eiciebat; majore
remque lucem vibrabat, cum Lem. Vires inclinata refumo.
Besseus D. 2. adv.

Herologium solare. Lem. Umbra lucem. Scilicet indicat.
In adversitate virtus innotescit. Picinelli. Stella. Lem. In
tenebris magis. Quomodo stellæ in nocte lucet, in die latent:
sic vera virtus, quæ sæpe in prosperis non apparet, eminet in
adversis. S. Bernardus. 27. in Cant. Picinelli.

Testimonia ex Patribus.

Etsi corpus includitur, etsi caro deterritur, omnia Spiritui
patent. Tertull. lib. ad MM.

Virtus duritia exstruitur, mollitie verò destruitur. Idem
ibidem.

Virtus, est ad perferendum malorum fortis, ac invicta
patientia. Ex quo fit, ut virtus nulla sit; si adversarius desit.
Lactantius l. 5. div. instit.

Non potest accedere, omnino non potest; ut, qui virtu-
tem diligenter exequitur, nunquam plurimos acquirat inimi-
cos. S. Chrysol. hom. 15. in Matth. 5.

Vitis semper ferventi blandimenta, lenocinat dulcia
delictis: virtutibus verò auctera, & fortis, sum amica. Chry-
sol. l. 74.

Nulla virtus in veritate clarescit; nisi oppositum, ac re-
trahens, sive impediens, patiatur. Hæc virtus fornacem
habet & refrigerium: in uno probatur, in altero requiescit.
Sim. Cass. l. 4. c. 1.

S. IX.

Virtutem consequendi, & conservandi, praxes.

Prima.

Sensum, & pietatem.

De tibi Deus de rore calis &c. Gen. 27. 28. Cur non dixit, det
tibi de pluvia coeli, sed tantum de rore, qui vix terræ
irrigat (superficie) quæ ros sensum, & leniter, descendens
terram imbibit, uberem eam reddit: pluvia autem larga
terram inundat, radices evellit. Sciebat prudens senex, ad
culmen superne benedictionis non exentis alis, sed gradibus
pedetentim ascendendum: sicut angeli, alioquin alis praditi,
per caelam Jacob ascendebant. Castill. Illar. 8.

Haec sunt mansiones filiorum Israel. Num. 33. 1. Quadrage-
ta & quibus stationibus peregrinati sunt filii Israel ex Rame-
se duabus in terram promissionis. Cur breviter itere Deus eos non
perduxit eò? Origene hom. 27. in Num. in his intelligit figura-
liter conversationem à creaturis. Per Egyptum statum miserum
culpæ: per familias Jacob, animas; per terram promissam,
gloriam, vel culmen virtutis; per mansiones, profectum in
virtute. Antequam, inquit, ad perfectum veniat, in eremo
habitat: ubi scilicet exercetur in præceptis Domini. Et, ubi
fides fuerit in eo probata, inde venit ad aliam; & quasi de
vina mansione ad alteram tranfit. Et impletur in his illud,
quod scriptum est: ibunt de virtute in virtute. Pf. 83. 8. ut-
quequò perveniant ad ultimum, imò ad summum gradum
virtutum. Idem ibidem.

Sicut aquila provocans ad volandum. Deut. 32. 11. Quid pu-
tamus, fratres, quomodo tunc repente de terra ad coelos
evolare poterimus, qui tunc exercitio, & nisi quotidiana,
volitare non didicimus? Nunquid non Christus sicut
aquila provocat ad volandum filios? Quis dabit mihi pennas
sicut columba. Pl. 54. 7.

Non adhuc perperes petit aquile volatus; sed cum colum-
ba gemere, & inter Christianæ petre cavernas amat volitare.
S. Aelredus l. 1. speculi c. 5. Plumelcat interim, Domine Jesu,
plumelcat, quæ anima mea in nido disciplinae tuae; pau-
fert in foraminibus petre; in caverna maceræ. Baeta t. 2. l. 6.
c. 1. §. 6.

Borax Cypri Dilectus meus. Cant. 1. 13. Adhuc non uva, non
mustum, non vinum; sed tantum botrus, scilicet gemmula,
sive flos. Orig. homil. 2. in Cant. in quibus verbum Dei virtus
vera efficitur; non eis ad summum maturos botros productis,
& dulces: nec repente eis efficitur vinum suave, & lactificans
cor hominis; sed prius producit eis suavitatem odoris in flo-
rem. Idem t. 1. l. 1. c. 9. §. 4.

Vidimus stellam. Matth. 2. 2. Hinc est, quod & ad Magos,
noctis incolas, & totius obtulpecentes oculis, tenuiter micans
stella aluescit ad lucem; & gradatim pertrahit ad ipsum
fontem luminis, & dierum. S. Chrysol. l. 87.

Lacrymis capis vigare pedes ejus. Luc. 7. 38. Quid memorem
de sepulture officio, quod prævenit; de pedibus ascendens ad
unctionem capitis. Marci 14. 3. Drogo. Off. de fern. Dom.
Pass.

Vultus exercitio perieverat. S. Chrysol. l. 28.

Secunda.

Prius extirpa vitia.

Figura, Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Egresso foras Jacob, venit Esau. Gen. 27. 30. Sic sanctitas,
& iniquitas, nunquam conveniunt. Mendoza in 1. Reg.
5. 1.

Vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen il-
lius tangens caelum. Gen. 28. 12. Ego pietatis exercitationem
scilicet Jacob vix rectè comparaverim; cuius pars terram, pars
verò caelum attingebat: Ex quo eos admonere opus
est, qui ad virtutem dicendi sunt: ut prius admoveant gra-
dibus vestigium; & inde paulatim ascendendo, progre-
diendoque, ad comprehensibilem humanæ naturæ altitu-
dinem perveniant. Quemadmodum verò in gradibus prima
est ascensio, ab humo recessus; sic in exercitatione laudabi-
lis operis discessus à malo. S. Basilium in Pl. 1.

Percessum Egyptium abscondit sabulo. Ex. 2. 12. Prius Moy-
ses Egyptium occidit, quam ad colloquium cum Deo vo-
caretur. Ex. 3. 2. S. Ambros. l. 2. de Abel, & Cain. c. 4. Cum
interficatur impius, Christus infunditur: & ubi abominatio
aboletur, sanctificatio congregatur.

Mem est omne primogenitum, ex quo percutit primogenitos
in terra Egypti. Num. 3. 13. Cum venisset improbitati,
statim adipiscitur virtus: egressus enim malitia virtus
operatur ingreditur; S. Ambrosius citatus; Non prius
sanctificati sunt primogeniti Israel, quam percuterentur
Egyptiorum primogeniti: & quasi causam sanctificatio-
nis, horum interitum, & necem ponit illorum. Orig. hom.
3. in Num.

Tempus putationis advenit. Cant. 2. 12. Mox, vineæ flo-
rentes deserunt odorem suum. Quia, nisi diligens præcedat
putatio, non sequetur fragrans vineæ floritio. Prius enim
vultu refecunda peccata, quam sequantur gloriosa virtutum
primordia: mortificandaque sunt cunctæ inordinate affec-
tiones; ut floreat, & fragret, studio affectus, & actus.
De Ponte hic Exh. 23. §. 2.

Hyems transit – flores apparuerunt. Cant. 2. 11. 12. Per
fiores virtutes signantur: quæ, post transitum diabolice
hyemis, in cordibus oriuntur. S. Bonaventura spec. B. V.
cap. 10.

Vadam ad montem myrrha. Cant. 4. 6. Ad montem myr-
rhæ, & ad collem thuris, sponsus vadit: quia eos familiariter
visitat, quos per mortificationem vitorum ad alta profere-
re; & per mundas, & humiles orationes suaviter redolere
percipit. S. Gregorius hic.

Surge aquila, & veni Auster. Cant. 4. 16. S. Ambros. in
Pl. 1. per aquilonem, spiritum malum intelligit; per austrum,
divinum. Et subdit: iste ventus adspirat, si Boreas ille gravis
ventus flare desierit.

Ut evellas, & destruas &c. Jer. 1. 10. Contra quatuor tri-
flia duo lata apposuit: quia non poterant edificari bona,
nisi destructa essent mala; nec plantari optima, nisi eradicen-
tur pessima. S. Paphasmus in Thren. 3.

Dico hic vade, & vadit, veni, & venit. Matth. 8. 9. Prius
dicit, vade, deinde veni. Prius devitio, vade, longè recede
à me; deinde virtuti, veni, id est, venum, meum perpetuo manè.
Sylveira Addit in Matth. hic.

Colligite primum Zizania. Matth. 13. 30. Priusquam colli-
gatur triticum, evellatur Zizania; id est, antequam quis
virtuti incumbat, pericula vitet. Nota item: ad comburen-
dam. Non satis Zizania evellere, & à tritico separare; sed
exurenda, nè remaneat, quod iterum fata possit lædere; &
inimicus homo supereminare Zizania tritico. Origen. in
Jer. eradicatum est quidpiam; invenit etiam adversarius in-
ter ea, quæ eradicata sunt, aliquum sementem, quam iterum
seminet. Propter hoc jubet Dominus: colligite & comburite:
scilicet ut eradicatio quoque, & ipsa subverfio, consumatur.
Pinna Ethol. 238.

Mativa.

Ex Veteri, Novo, Patribus, & aliis.

Diverte à male, & fac bonum. Pl. 33. 15. Ad videndos dies
bonos, non sufficit, tantum à malis actibus abstinere, nisi non
pietas compellat & bona agere: nam primus virtutis gradus
est, aliena non querere; sed iterum superior, egenitibus pro-
pria non negare. Cassiodorus hic. Quomodo enim poteris fa-
cere bonum, nisi declinaveris à malo? Quid quaero, ut donec,
quando adhuc rapis? S. August. in Pl. 36.

Levaminis mundi estote – hincite benefacere. Il. 1. 16. 17. Isaias,
cum populus instrueret, prius mundationem à sceleribus, &
quietem à vitis, posuit; quàm intulisset de benefacendo
scientiam. Sim. Cass. l. 2. c. 1.

ut sine timore. Luc. 1. 74. Porro, nisi à demonum domina- tu liberentur; & Deo in veritate servire non possunt. Prius enim à demonibus habenda est libertas: ante sunt solvenda vincula peccatorum, quibus voluntariè nosmetipsos innoximus: prius è carceribus oportet dimitti, quam iustum Deo famularum exhibere possimus. Sim. Casl. ibidem.

Cum renuntiatur improbitati, statim adificitur virtus: egressus enim malitiae virtutis operatur ingressum: eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur. S. Ambros. de Abel, & Cain. l. 2. c. 4.

Sive virtutes inferas, vitia sua sponte decedunt: sive etiam vitia eximas, virtutes ultra subibunt. Sic honorum, ac malorum, constituta natura est; ut se invicem semper oppugnent, semper expellant: ita fit, ut neque vitia detrahi sine virtutibus possint, nec virtutes inferri sine detractione vitiorum. Lactantius l. 6. div. instit.

Virtus, nisi cum cordis munditia, non potest convenire, Orig. hom. 6. in Gen.

Prius vitia in homine extirpanda sunt; deinde inferenda virtutes. S. Isidorus l. 2. sent. c. 36.

Non potest mens regnum habere virtutum; nisi prius exculerit jugum vitiorum. S. Prosper. l. 3. c. 3. de virtutibus, & vitis.

Ad nihilum valet operum honorum novella plantatio, nisi malorum prius fiat eradicatio. Sim. Casl. l. 3. c. 3.

Nihil potest esse in vera vita spiritali; nisi prius moriatur peccato. S. Th. Aqu. in ep. ad Gal. c. 1. Lect. 1.

§. X.

Virtus non amatur: sumas difficiles ad illam.

Ex Veteri, & Novo.

Fiat lux. Gen. 1. 3. Lux quidem, ut esset, divinum mandatum expectavit; tenebrae autem existerunt sine mandato. S. Greg. Nyss. l. hexam. Praemissæ & tenebrae erant super faciem abyssus. S. Anstas. Sinaita l. 1. Anagog. contemplat. Scripturae tenebras ponit ante lucem. Quod praesignificaverunt illa etiam duae volucres, quae emisse sunt ex Arca Noe. Gen. 8. 7. 8. Unde licet videre; ibi quoque priores esse tenebras: prior enim corpus evolavit super aquas. Cum blanda voluptas homini res terrenas proponit, quae merè tenebrae sunt; & ratio ecclesiae dicat, quae lux luctat; prius in illas abripimur, quam in hęc feramur: non secus ac ante columbam corpus evolavit. Did. Nyss. D. 3. Pathe. §. 3.

Dedit viro suo. Gen. 3. 6. Ut mulier alliceret virum ad peccatum; absque illius mandato, ipsa, ut comedit, dedit viro suum: ac mulan nos proni sponte nostra; ad salutem mandato impelli opus habemus. Sylveira in Joan. 4.

Abfice duas alienas, surgis. Gen. 35. 2. 3. Surgere jubet: quia somnolenti sumus ad ea, quae animæ, & Dei sunt: ut necesse sit, crebris vocibus nos excitare. Et ascendere jubetur: quia omnis pro Deo, & anima, susceptus labor videtur mons præcellus: aliter est in voluptatibus. Did. Nyss. Pol. Coel. p. 2. l. 9. c. 4.

Tollite aureas aureas, de uxorum, filiarumque, & filiarum vestram, auribus: & offerte ad me. Ex. 32. 2. Si ab uxore, aut filia, monile auferas: ad bonum aliquid; vix tota die fletum, & turbationem domus, compescere poteris: nunc verò cam facile pretiosus spoliari permittunt ad idola. Oleaster. Imperat virtus; & dormimus: annuit vitium; & jam currimus. Utinam se sic finiret homo à vitis rogari, quemadmodum ad opera virtutum. Seneca l. 3. nat. quaest. c. 27. nihil difficile est naturæ, ubi in finem sui properat. Ad originem rerum parvè utitur viribus, dispendatque de incrementis fallentibus, subito ad ruinam toto impetu venit. Did. Nyss. Polit. Coel. p. 2. l. 2. c. 6.

Reperit ventus, irruit à regione deserti. Job 1. 19. at Ezech. 37. 9. à quatuor ventis irruit spiritus; & insuffla super interfectos istos; & reviviscant. Ad evertendam dignam, ad inferendam necem, irruit ventus unus; ad confertendam verò vitam à quatuor ventis totidem foederati venire debuerunt. Idem E. 4. D. 5. Quædr. §. 4.

Cam sancto iustis eris, & cum viro innocens innocens eris, & cum electis electus eris; & cum peccatoribus peccatoribus. Pl. 17. 26. Sanctum ter nominat, sanctus, innocens, electus; & peccatorum semel tantum. Cor mali, & perversi, non ter, æque ac sancti, meminit? Quia, ut quis evadat sanctus, tribus & pluribus, indiget sanctis, qui illum ad probitatem petrahaat: ut verò quis malus evadat, unus, quis perversat, plus satis est. Idem ibidem.

Ambulavimus vias difficiles. Sap. 5. 7. Velut pedes eorum ad offendendum sanguinem. Pl. 13. 3. Sed, ut ad cælum tendant, quid requiritur? Appropinquavit regnum cælorum. Gen. Math. 3. 2. Novus dicendi modus! homo debet quærere, & sese appropinquare ad regnum cælorum; at è contra Joannes ait. Nisi cælum se inclinet, & ad nos ve-

niat; nunquam homo se movebit, ut illud conscendat. Sylveira in Joan. 4.

Ecco ego mitto cam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus. Ol. 2. 14. alii legunt, seducam eam in solitudinem. Expende verbum seduco; & considera; quod etiam ad ea, quæ nobis maxime utilia sunt, operet Deum nos seducere. Oleaster in Gen. 12.

Abcondi talentum tuum in terra. Matth. 25. 25. Compose hunc servum iniquum cum illo. Luc. 16. 3. qui ait: sodebre nunc valeo, hoc est, laborare. At ille, qui unum talentum acceperat, abiens sedit in terram. Hic ad malum strenuus, & impiger, alter ad bonum, & satisfaciendum Domino piger. Sylveira hic in addit.

§. XI.

Varia de Virtute in genere.

Vinum tuum mistum est aqua. Il. 1. 22. id est, iustitia tua mista est cum avaritia, & injustitia. Religiosus miscet vinum cum aqua, quando cum obedientia miscet propriam voluntatem, & iudicium cum oratione curiosa; & secularia colloquia, cum cœlestibus cogitationibus consolationes vi- les. Cornelius hic.

Virtus spontanea quædam res est, & nullius subjecta dominio: quod autem quædam necessitate coactum est, virtus jam non esse potest. S. Gregor. Nyss.

Multò magis regnans virtus mavult adolescentiam, quam senectutem; & tanquam intactam Virginem; & nihil pro- priam adolescentiam, seum jungit necessitudine, ut cur- jus vitæ primitias ambiat. S. Ghrylost. in Pl. 14.

§. XII.

Virtutes Theologicæ.

Figura, symbola.

Abraham, Isaac, Jacob.

Deus est Deus Abraham, conferendo Fidem: Deus Isaac, conferendo spem: Deus Jacob conferendo charitatem. S. Bonaventura hic.

Per Abraham Fides; per Isaac spes, per Jacob Charitas intelligitur. Hugo Card. in Matth. 11.

Recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob. Matth. 8. 11. In Abraham Fides, in Isaac Spes, in Jacob Charitas designatur. Sim. Casl. l. 5. c. 12. Hi tres Patres in medium adducuntur; nam in Abraham Fides, quæ placuit Deo; & re- putatum est ei ad iustitiam: in Isaac verò spes, quæ Sara- mentum fidei; & gratiæ, generatur. Porro per Jacob Charitas designatur; quæ per varia certamina, donec Israel pos- sit Deum deorum in Sion videre, laboriosè transeat. S. Paul. schastus l. 5. in Matth.

Deum Abraham, Deum Isaac, & Deum Jacob. Luc. 20. 37. Quare potius istos, quam alios nominavit, cum sit Deus omnium? Quia in his tribus commendatur, & significatur, tres virtutes Theologicæ, id est, Fides, Spes, Charitas; per quas venit ad Resurrectionem. Per Abraham Fides, per Isaac Spes, per Jacob Charitas. Hugo Cardinalis hic.

Alia Figura, & Symbola.

Ex Veteri.

Creavit Deus calum. Gen. 1. 1. Christianus est coelum; in quo Luna est Fides, Hesperus Spes, Sol Charitas; æstera reliqua ceteræ virtutes. Cornelius hic.

Viam vitam trium dierum. Ex. 3. 18. Via trium dierum, est via Fidei, Spei, & Charitatis. Cornelius hic. Fides demonstret iter ad terram promissionis, uti columna nubis, & ignis; Spes autem manna suavitatis nos sustentat: ac verò Charitas in eam nos introducit, ut arca foederis. S. Francis. Salef. de div. am. l. 1. c. 6.

Est nostrum pro peccato sacrificium fides. Levit. 3. 1. & hoc pro peccatorum spes holocaustum verò Charitas. S. Rupertus hic l. 1. c. 27.

Tres civitates. Deut. 19. 2. Glossa hic dicit Fidem, Spem, & Charitatem: ad quas omnes penitentes debent confugere. Surge per Fidem; prospera per Spem; vœper Charitatem. Cant. 2. 10. Idem S. Rupertus hic.

Sancta Ecclesia, id est, spirituale ædificium; ut ad secreta gaudia pertingat; tres solummodo portas Ezech. 40. 6. & c. habet; videlicet Fidem, Spem, æque Charitatem. Unam ad orientem, aliam ad aquilonem, tertiam ad meridiem: porta quippe in oriente est Fides: quia per ipsam lux vera nascitur in mente. Porta ad aquilonem Spes, quia unquamque in peccatis positus, si de venia desperaverit, funditus perit; unde

§. XIV.

Virtutes Cardinales.

Figura, symbola.

Ex Veteri, & Novo; Patribus, & aliis.

Fluvius egrediebatur de loco voluptatis. Gen. 2. 10. Est paradysus vita beatorum: quatuor flumina, quatuor virtutes. S. Isidorus hic.

Psalite Domino in cithara. Ps. 97. 5. Videtur satis com- mode applicari quatuor virtutibus Cardinalibus; cithara Prudentiæ, Psalterium Justitiæ, tuba ductilis Fortitudini; tuba canora Temperantiæ. Cithara varium chordarum so- nos miscens unum dulcem concentum efficit. Sic Prudentia varias circumstantias operis boni conjungens, perfectum opus reddit. Psalterium decem chordis instructum Decalogum nobis repræsentat, id est, omnia precepta Justitiæ. Tubæ ductilibus mallecorum ictibus extenditur, & formatur, ut sonum suavissimum edat: Sic Fortitudo tribulationes patienter feren- do, ita extendit, & perficit hominem Dei; ut suavem illum so- num edat cum Job. Si bona suscepimus Gen. c. 2. 10. Denique Temperantia, tanquam durum cornu, carnem excedens, & superans; id est, corpus castigans jejuniis, atque vigiliis, tu- bam spirituales efficit: qualis erat Præcurzor Domini, qui melle Sylvestri, & locustis, contentus, & pills camelorum indutus, dicebat: ego vox. Matth. 3. 4. Bellarminus.

Tria sunt difficilia. Gen. Prov. 30. 18. Per quadruplicem hanc viam accipe quadrigam virtutum &c. quia trahitur ad felicitatem æternam. Scilicet per viam aquila in calo significatur Prudentia: utpote quæ mira pollet oculorum ad videndum, & prævidendum, acie. Per viam navis in mari, Fortitudo: quæ contra fluctus, & procellas, tentationum Mundi hujus for- titer incedimus. Per viam viri in adolescentia, Temperantia: quæ adolescentiæ ætatis, & cupiditates, moderatur. Per viam colubæ in petra, Justitia; quæ cuique suum tribuit: sicut co- luber, repens per petram, nihil illi admittit. Cornelius hic.

Tria sunt, quæ bene graduntur. Gen. Prov. 30. 29. Quisque in animæ suæ republica, & regno, incedat fortiter ut leo; sapienter, ut gallus; temperanter ut aries; iustè, ut rex. Idem hic.

In medio ejus similitudo quatuor animalium. Ezech. 1. 5. Quatuor hæ virtutes adumbratæ sunt in quatuor Cherubinis, stipantibus currum providentiæ, & gloriæ Dei; qui faciem, & speciem, habent quatuor animalium, scilicet leonis, bovis, aquilæ, & hominis; quibus totidem hic animalia Salomonis ex æquo respondent: leonico, boviarum, aquilæ gallus, homini rex. Idem hic.

Tulerunt illum in Jerusalem. Gen. Luc. 2. 22. In obligatione Domini quatuor personæ offerunt: Maria, Joseph, Simeon, & Anna: quia anima, quæ verum sacrificium offerre vult Deo, debet habere comitatum quatuor virtutum Cardinalium. Per Simeonem, qui interpretatur audiens, intelligitur Prudentia. Audiens sapiens sapientior erit. Prov. 1. 5. Per An- nam, quæ interpretatur gratia, intelligitur Temperantia: optimus est, gratia stabilire cor, non estis. Hebr. 13. 9. Per Jo- seph iustum iustum, qui interpretatur augmentum, intelligitur Justitia: multiplicabit solum vestram, & augetur incrementa frugum justitiæ vestra. 2. Cor. 9. 10. Per Mariam, quæ interpretatur dominatrix, intelligitur Fortitudo: melior est pa- tiens viro fortis. Prov. 16. 32. S. Bonaventura hic.

Animal primum simile leoni. Gen. Apoc. 4. 7. In his quatuor animalibus notantur quatuor virtutes Cardinales: in facie hominis Temperantia, leonis Justitia, vituli Fortitudo, id est, patientia, aquilæ Prudentia. S. Bernardinus apud Sylveiram hic.

Claritas respondet Prudentiæ, subtilitas Temperantiæ, agilitas Fortitudini, impassibilitas Justitiæ: quia Justitia perpetua est, & immortalis. S. Bonaventura l. 2. in hexam.

Temperantia respondet terræ; quæ aridam reddit, & ta- men ornat, & vestit floribus; Prudentia respondet æque perspicuitati. Justitia aeri: aer enim ascendit, & descendit, ad dextram, & ad sinistram, movetur. Fortitudo respondet vigori ignis. Idem ibidem l. 6.

Virtutes configurantur quatuor Causarum efficacis. Fortitudo debetur Efficienti, Prudentia Formæ, Justitia Fini, quæ regulat; Temperantia Materie, nè deficiat. Idem de Virt. Cardin. Serm. 6.

Sicut ignis purgat fœces metallorum, ita Justitia purgat vitia malefactorum. In aere illustrantur, & viam; qua eun- dum sit, monstrant; & accipe Prudentiam dirigentem. In aqua, ardorem refrigerant; & terram, nè dissolvatur in pul- verem, suo humore continentem; accipe Temperantiam; ardorem concupiscentiæ resinguentem. In terra, percussa undique aquis, & tamen immobiliter permanente; accipe Fortitudinem in periculis roborantem. Geminiani l. 1. c. 84.

Tempus docet quatuor Virtutes Cardinales. Primo Pruden- tiam: tres partes habet tempus; sic juxta Tullium, tres partes

kk 3

unde necesse est, ut, qui per suam iniquitatem extinctus est, per spem misericordiæ reviviscat. Porta ad meridiem Charitas: quia igne amoris ardet. S. Gregor. hic hom. 19. post me- dium.

Ex Novo.

Faciemus hic tria tabernacula. Matth. 17. 4. Fidei unum, Spei unum, Amorum unum. S. Bernardus de Amore Dei c. 2.

Non permisit secum intrare quemquam, nisi Petrum, & Jacobum, & Joannem. Luc. 8. 51. Petrus, qui interpretatur agnoscit, designat fidem: Jacobus qui iustator interpretatur, Spem: Joannes Charitatem. Et hæ tres virtutes sunt Domini familiarissimæ; & concurrunt ad suscitationem peccato- ris à morte; quæ designatur in suscitatione puellæ. S. Bona- ventura hic. Virtutes vivificæ; animam mortuam revivisce- re facientes, tres solummodo sunt; quas Theologicas appel- lamus. Sim. Casl. l. 6. c. 1.

Commendat mihi tres panes. Luc. 11. 9. Isti tres panes intelligi possunt actus Fidei, Spei, & Charitatis, quibus Deus præ- cipit colitur. Dion. Cartus. hic. Hoc est, infunde cordi- bus nostris Fidem, Spem, & Charitatem. S. Eligius homil. 14.

Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis; pulsate, & aperietur vobis. Luc. 11. 9. Petimus Fidei, per eam ad Chris- tum euntes; quærimus spe; quæ attingimus usque ad interio- ra: pulsamus Charitate; dum laboribus sedulamur: ut quod petimus, & quærimus, consequamur. S. Bonaventura hic.

Quis ex vobis. Luc. 11. 11. Panis intelligitur Charitas, si- ne qua cetera nihil sunt; sicut sine pane mensa inops vide- tur, cui contraria est cordis duritia, quam lapidi compara- vit. Pises sunt Fides invisibilium: cui contrarium posuit serpentem, propter venenâ fallaciæ. In ovo indicatur spes: huic contrarium, posuit scorpionem, cujus aculeus venena- tus retro timendus est: quia mortifera desperatio in fine est formidanda. Ven. Bedal. 1. in Matth. 7.

Ex Patribus, & aliis.

Prima salutis initia, & ipsa fundamenta, Fides est: pro- fectus verò, & augmenta ædificii, Spes est: perfectio autem, & culmen, totius operis, Charitas. Origenes l. 2. in Rom. 2.

In illa crucis parte, quæ teræ designat, Fides, quæ re- ligionis fundamentum est, figuratur, hinc scilicet funda- mento tota fabrica bonæ operationis innititur. Per supremum verò eorum, quod ceteris eminet. Spes intelligitur: quæ noster animus ad æspesenda cœlestia provocat. Illo verò signo, quod in medio positus binis utrimque porrigitur bra- chiis, latitudo designatur geminæ Charitatis. S. Petrus Dami- an. l. 6. ep. 22.

Quare in Missa ponuntur panis, vinum, & aqua? quia in his res ipsa, & virtus, Sacramenti intelligitur. In aqua intelligitur Fides, quæ latet, & nutritur in aquis. In vino, quod lætificat, & accendit, intelligitur Spes. In pane, qui confirmat, & reficit, intelligitur Charitas. S. Thom. Aqu. opusc. 8. de exposit. Missæ.

§. XIII.

De Theologicis Virtutibus varia.

Qui timetis Dominum, & creditis illi; & non evanescit merces vestra. Qui timetis Dominum, sperate in illum. & in oblatione venit vobis misericordia. Qui timetis Do- minum, deligere illum; & illuminabitur corda vestra. Ec- ch. 2. 8. 9. 10. Tribus sententiis munit timentes Deum, virtu- tibus Theologicis. Olympiodorus hic.

Aperiti thesauris suis. Matth. 2. 11. Cum omnia, juxta vo- ta, viderent; imò peramplius, quam crederent, & sperarent; quoniam bonus Dominus sperantibus in eum, animæ quæren- ti illum; majora eis tribuit, quam acceperit; & potiora, quam posset provehi spes humanæ: Pro auro Fidem; pro thure Spem; pro myrrha conservantem ac immuniditatis, & à corruptione, Charitatem. Sim. Casl. l. 1. c. 15.

Dicite omnes gentes. Matth. 28. 19. Docuerunt homines, in carne angelicè vivere: docuerunt, quid credendum, quid spe- randum, quid amandum. Idem l. 14.

Ex merito Fidei videtur anima Deum, id est, Filium Dei, & sapientiam Patris: ex merito spei possidet potentiam Dei, id est, suavitatem Spiritus S. S. Bernardinus de prosperitate.

Tribus in rebus Christiani culminis fundamenta consistunt: id est, in Spe, in Fide, & Charitate. S. Zeno Veron. de Fide &c.

tes Prudentia: scilicet memoria in recordatione preterito- rum, intelligentia in ordinatione presentium, & providentia in provisione futurorum. De quibus Deut. 32. 29. utram sapere, scilicet preterita, & intelligere presentia, ac novissima providere, id est, futura. Secundo Justitiam: cujus est, communitatem servare sine personarum acceptione. Hanc communitatem Justitiae Tempus precipue servat: quia nihil est eo communius; & omnibus aequaliter est commune. Tercio: Fortitudinem: pertinet enim ad virum fortem; non otio vel ignavia, torpescere; nec propter aliquam difficultatem ab opere virtutis desistere: sed, si aliquando remitti contingat, continuo reviviscere. Quae omnia Tempus docet: nunquam enim quiescit; sed continuo cursum peragat. Quarto: Temperantiam; quae maxime necessaria est ad conservationem sanitatis, & gratiae spiritualis. Sicut moderato tempore in suis qualitatibus corpori nihil salubrius. Idem l. 1. c. 84.

Alia.

Dens iudex iustus, fortis, & patiens. Pl. 7. 12. Nota, quod in hoc versu in Christo offenduntur esse quatuor virtutes Cardinales: Prudentia per hoc, quod dicitur iudex: ad prudentiam enim pertinet discernere, & iudicare: iustus, ecce Justitia: fortis, ecce Fortitudo: patiens, ecce Temperantia. Hugo Card. hic.

Beati pauperes spiritus &c. Luc. 6. 20. S. Ambrosius dicit causam, cur Lucas quatuor tantum assignet Beatitudines: quia contentus, inquit, fuit, quatuor amplecti virtutes Cardinales. Temperantiam in prima: beati pauperes. Justitiam in secunda: beati qui nunc esuritis scilicet iustitiam, ut addit Matth. 5. Prudentiam in tertia: beati, qui nunc fletis. Habes, ait Ambrosius Prudentiam, cujus est flere occidia: & ea, quae aeterna sunt quaerere. Fortitudinem in quarta: beatis eritis, cum vos scierint homines. Cornelius hic.

In hac vita Virtus non est, nisi diligere; quod diligendum est. Id eligere; Prudentia est: nullis inde averti molestis; Fortitudo est: nullis illecebris; Temperantia est: nulla superbia; Justitia est. S. August. ep. 52.

Si curus est anima; habet equos vel bonos, vel malos. Boni equi virtutes sunt animae; mali equi passiones sunt corporis. Bonus ergo rector malos equos restringit, & revocat; bonos incitat. Boni equi sunt quatuor: Prudentia, Temperantia, Fortitudo, Justitia. Mali equi iracundia, concupiscentia, timor, iniquitates. S. Ambrosius l. de Isaac, & anima c. 8.

TITULUS XVI.

VITA.

§. I.

Figurae, & Symbola.

Ex Veteri.

De sexto parant, quod inferant. Ex. 16. 5. Sex diebus vitae nostrae cibaria comparanda sunt in septimum diem aeternitatis; ut iidem in aeterna quiete coelesti vivamus. Ita Origenes, Rupertus, Cyrillus. Apud Cornelium hic.

De mane usque ad vespem. Job. 4. 20. id est, ab initio vitae usque ad finem. Hugo Card. hic.

Militia est vita hominis super terram. Job. 7. 1. Nam, sicut belli tempore, miles nunquam aliquid certi sibi spondere potest, nec in eodem versatur statu; sed modo victoriam refert, modo in fugam compellitur: hodie cadit, cras ab hoste caditur; adeo ut semper arma cum gestare necesse sit: Sic nihil in hac vita habetur stabile, sed omnia fortunae mutationi subiecta sunt: nam, si mane victor fueris, vesperi clades timenda, vel excidium: adeo ut nunquam certi aliquid tibi promittere valeas. Beffesus D. 1. Epiph.

De torrente in via bibit. Pl. 109. 7. Sicut torrentis pulvialis aquis collectus redundat, perstrepat, currit; & currendo decurrit, id est, cursum finit: sic est omnis iste cursus mortalitatis humanae. Nascuntur homines, vivunt aliis, moriuntur; rursumque morientibus alii nascuntur, succedunt, accedunt, decedunt. S. Prosper. hic.

Extinguatur lucerna ejus in mediis tenebris. Prov. 20. 20. Lucerna Symbolum est vitae. Sicut enim vita aliter humido radicali, sic lucerna oleo; eoque deficiente languet, & emori- tur. Cornelius hic.

Aegyptiis lucerna Symbolum vitae erat: quod nihil aliud puram vitam esse, quam ignem humore, vel olei liquore, nutritum. Idem in II. 60. 1.

Jam hiems transit. Cant. 2. 11. Possumus etiam per hiemem vitam presentem intelligere. S. Gregor. hic: Hiems est vita praesens; in qua nos, est jam spes ad superna erigit, adhuc tamen mortalitatis nostrae frigidus torpor alstringit. Idem mor. l. 27. c. 14.

Ecce quasi flamma non grandis. Dan. 2. 31. Quid est aliud

hujusmodi status, nisi humana figura, sive humana vita? Richardus ad S. Victore de erud. hom. inter. l. 1. c. 26.

Ex Novo.

Erat paraceve, quod est ante Sabbatum. Marci 15. 42. Est paraceve nomen Graecum; & interpretatur preparatio. Unde sextam feriam sic appellabunt Judaei: quia ea, quae Sab- bato erant necessaria, preparabant. Paraceve vitam praesentem significat; in qua necessaria preparati debent vitae futurae. Hugo Card. hic.

Venit in omnem regionem Jordanis. Luc. 3. 3. Congruè circa Jordanem de Judicio sermo ejus est; Jordanis enim dem est, ac fluvius Judicii. Et amoenus quidem fluvius est; sed in mare mortuum defluebat. Egregius typus vitae nostrae: quid illa est nisi Jordanis fluvius amoenus: divitiis, voluptatibus, honoribus, latens. Verum in mare mortuum descendit, in mortis abyssum transiit fluctus; et manet luctus. Marchantius D. 4. adv.

Gravati erant somno. Luc. 9. 32. Somnus est vita praesens, quo gravantur oculi interiores. Ab hoc somno evigilat homo, cum moritur. Et tunc potest videre Majestatem Dei; aetate non, Hugo Card. hic.

In Cana Galilaeae. Joan. 2. 1. Galilaea interpretatur transmigrationem. Vita ergo praesens Galilaea est; transiit in mare praesentibus ad futura. Hugo ad S. Vict. de 7. hydriis.

Venit mox. Joan. 9. 4. Praesens vita dicitur dies; & mors dicitur nox, vel futurus status: quia dies dicitur ad operationem; noctes ad quietem. Hugo Card. hic.

Per dies quadraginta. Ps. Act. 1. 3. Quadraginta numerus est Symbolum peregrinationis nostrae in hoc Mundo. Hinc quadraginta annis peregrinati sunt filii Israel in deserto: & Christus hic quasi quadraginta diebus peregrinatus fuit; & iis peractis, ascendit in caelum. Cornelius hic.

Ex Patribus, & aliis.

Dies Sanctae Quadragimae vitam Saeculi praesentis significat: sicut & dies Paschae aeternam beatitudinem praefigurat. S. Aug. l. 2. in capite jejunii de tempore.

Sicut Quadragimae dies ante Pascha significaverunt laboriosam vitam in hac aeterna mortali: sic illi dies laci significat futuram vitam, ubi erimus cum Domino regnaturi. Idem f. 6. de diversis.

Pelagus est longè, latèque protensum, haec vita: & quemadmodum in mari universo sinus diversi alii, atque aliis tempestatibus commoventur precipue; sic & in vita nostra fieri videmus. S. Chrysost. hom. 82. in Matth. 26.

Mereaturam hanc vitam exilium. Si negotiatus fueris, quatum facies; parva magnis, caduca sempiternis, commutans. Quod si mundinarum tempus tibi fluere sinas, nulum aliud es postea habiturus. S. Gregor. Naz. in sententiis.

Quid hominis vita aliud est, quam rota, quae perpeti rotatu versatur. S. Antiochus hom. 30.

Quadragenerarius numerus typum praesentis Saeculi tenere videtur; dum anni quadripertitis vicibus currunt; & Mundus quatuor partibus terminatur. V. Beda l. 1. in Matth. 1.

Similis est vita nostra ludo scaecorum, ubi bene ludentibus diabolo illuditur. Sicut ergo uno tractu male facti, vel non facti, ludus amittitur, vel totum lucrum: Sic uno opere male facti, vel neglecto, totius vitae nostrae fructus perditur. Hugo Card. in Ecclesiastes 9.

Vita nostra quasi linea est circumducta (circulus) rediens ad idem punctum: à pulvere enim incipiens, & per defectus naturales quasi circulariter progrediens, ad pulverem revertitur. Blesensis f. 36. in Ded. Cal.

§. II.

Vita brevis, fragilis.

Figura, Symbola.

Ex Veteri, & Novo.

Les mei velocius fuerunt Cursor. Job. 9. 25. Cursor, licet celeriter currat, tamen temporis aliquantulum, & in dormiendo, & comedendo, consumit: dies autem hominis nullam moram faciunt. Stella in Luc. 1.

Quasi gutta aqua maris deputati sunt. Eccl. 18. 8. Trina hic agnoscit Hugo: brevitatem vitae in gutta, instabilitatem in aqua, amaritudinem in mari. Senfus est: si conferatur gutta maris immensis Oceani aquis, quid erit? sic vita hominis aternitati. Octavianus hic.

Ecce uncinus pomorum. Amos 8. 1. Vita humana rectè comparatur pomis. 1. Quia sicut poma cito in gemmas erumpunt, crescunt, maturefcunt, carpuntur: ita & homines. 2. Si-

Ex Patribus.

Vitae hujus principium mortis exordium est: nec prius incipit augeri aetas nostra, quam minui. Cui liquid adjectur spatii temporalis, non ad hoc accedit, ut maneat; sed in hoc transit, ut pereat. S. Ambrosius l. 2. de vocat. gent. c. 8.

Quidquid temporis vivitur, de spatio vivendi demitur; & quotidie fit minus, minisque, quod restat: ut omnino nihil sit aliud tempus vitae hujus; quam cursus ad mortem. S. August. de civit. l. 13. c. 10.

Tempus cuique nostrum proximum est; quia mortales sumus: inter calus ambulamus. Si vitæ essemus, minus casus timeremus. Quid fragillus vase vitreo? & tamen servatur, & durat per saecula. Idem lib. 1. de V. D. secundum Matth.

Sensine, obsecro, quando infans, quando puer, quando juvenis, quando robustæ aetatis, quando senex, factus sis? Quotidie morimur, quotidie commutatur: & tamen aeternos nos esse credimus. Hoc ipsum, quod dicto, scribitur, quod relego, quod emendo; de vita mea tollitur. Quot puncta notarii, tot meorum damnantur temporum. S. Hieron. ep. 3. ad Heliodorum.

Qui dudum infans, subito puer; qui puer, repente juvenis; & usque ad senectutem per spatia mutatur incerta; & ante se senem intelligit, quam juvenem non esse se miratur. S. Hieron. in II. c. 40. 2.

Canos videmus in pueris; capilli deficiunt, antequam crescant; nec aetas in senectute definit; sed incipit à senectute. Sic in ortu adhuc suo ad finem nativitas prosperat. S. Cyprianus l. ad Demetrium.

§. III.

Vita misera, & arumosa.

Figura, Symbola.

Apparit elibans fumans. Gen. 15. 17. Fornacis similitudine exprimi videtur vita humana, quae implicata iniquitatibus saeculi hujus, intus quasi fornax aestuat diversis cupiditatibus; foris velut quodam fumo abteatur, ne videat veritatis faciem. S. Ambrosius l. 2. de Abrah. cap. 9. in fine.

Jam hiems transit. Cant. 2. 11. Hiems est tempus vitae mortalitatis; quod, aeternae comparata, rectè hiems imbrifera, & procellosa, nuncupatur; ob ingentes arummarum imbres, quibus tam reprobis, quam Electis comprimuntur. De Ponte hic Exh. 17. §. 3.

Verà salix est vita: nam arbor sterilis salix est: à nobis autem dulcis vitae fructus defluit. S. Gregor. Nyss. or. in funere magni Meletii Ep. Antioch.

Annon haec vita nostra, & res humanae, mare quoddam sunt? Nimirum in ea multum quoque est saluginis, & instabilitatis. Venti sunt tentationes, quae nobis accident, & alii casus inopinati. S. Greg. Naz. or. 13.

Testimonia.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Miserordia motus super eam. Luc. 7. 13. Tam miserum est, nasci tanta felicitate, mori: ut nato de vita compati, de nato autem de morte gratulari, possis. Matrem viduam superstitem, ac moestam, non defunctum adolescentem, Christus miseratus fertur ab Evangelista. Dicitur Seneca: stratagemata est natura, homines sine ratione nasci. Nam si ratione inter vitæ primordia pollerent, quae possent calamitates futuras praevidere; quis lacrymabilem vitam diligeret? Did. Nyss. f. 5. D. 4. Quad. §. 4.

Et lacrymatus est Jesus. Joan. 11. 35. Vestrae non debent à Salvatoris lacrymis discrepare, si estis Salvatoris amici: qui non pro morte Lazari, sed pro ipsius revocatione ad miseriam temporales, plangisse fertur. Blesensis. Lacrymatus est, non tam quod mortuus est, quam quod revocari illum oportebat ad tolerandas rursus hujus vitae miseria. Rupertus hic.

Ista vita in corpore, umbra est vitæ, atque imago; non veritas. S. Ambrosius in Pl. 118. l. 3.

Nescio, unde venerim huc? in istam, dico, mortalem vitam: mortalem, dicam, vitam? an mortem vitalem? nescio. S. August. Conf. l. 1. c. 6.

In doloribus vivere, non est vivere. Idem f. 112. de diversis.

Nox quidem vita haec dicitur, & morte temporariae hujus vitae nos admonuit. Propterea enim & Moyfes primum quidem suum volumen Genesis incipit; Exodi verò secundum nominavit: ut historia figuratè nobis hanc temporariam vitam describeret. Olympiodorus hic.

Sicut è pomis alia matura; alia immatura, sponte decidunt; alia in arbore putrescunt; alia rubent; alia manu carpuntur; alia baculo, & vi deiciuntur: ita hominum alii in aetate virili, alii in juvenili, naturali morte decedunt; alii in senectute. Hinc. Job. 9. 26. dies mei pertranserunt, quae si navas poma portarent. Hæ enim navas celerius aguntur, cœteris: nè poma, quæ cito putrescunt, corrumpantur, antequam ad portum appellentur. Vides arborem florentem, & floribus comptam, immò onutam: ad portum evadit. Antequam enim gemmefcunt, plurimi vel vento decuti, vel æstu quam enim gemmefcunt, plurimi vel humore deficiente marcescentes decidunt. Ex iis verò, qui gemmefcunt, plurimi pariter, antequam maturefcant, similibus casibus in terram corruunt. Ita ex quinquaginta infantibus, qui nascuntur, vix unus in virum evadit: sed alii in infantia, alii in pueritia, alii in adolescentia moriuntur. 4. Inter arbores infirmissima est malus, maximeque quæ dulcis est, ait Plinius l. 17. c. 24. Sic inter animalia quid infirmus homine? Cornelius hic.

Vestimenta ejus facta sunt alba sicut nix. Matth. 17. 2. Nix non est durabilis, modico calore dissolvitur; ita ut nihil amplius de ea reperitur. Ipsa vita nivis instat in aquam resolvitur, ac in terram labitur. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, quæ non revertitur. 2. Reg. 14. 14. Dum hyeme terra nivibus recta, fulgore suo repercutit oculos; sed mox, ut radio solari resolvitur, terræ permixta lucum facit; & patet, quæ suo candore texitur, sordes: sic durante vita, respelendit fulgor divitiarum. Quid vero remanet, nive corporis resoluta? Purredo, & filius hominis vermis. Job 25. 6. Jonghen ex nupt. agni p. 1. Exh. 33.

Quæ enim vita vestra? vapor est ad modicum parens; & desineps extinguitur. Iacobi 4. 15. Hinc & Pl. 77. 33. Ubi nos habemus? desecrantur in vanitate dies eorum; Chald. vertit consumpsi sunt dies vite vestrae tanquam vapor vis in hyeme. Cornelius in Ecclesiastes 1. 2.

Ex Patribus, & aliis.

In hac germinum specie, & in illo virentis herbae munere, imago est vitae humanae; & naturæ, conditionisque nostræ; insigne quoddam spectatur; & speculum elucet. Quæ enim firmitudo in carne, quæ salubritas potest esse diuturna? Hodie videas adolescentem validum, pubescentis aetatis virentem florentem, græta specie, suavi colore: crassina die tibi, faciem, & ora, mutatus occurrit. Et qui pridie tibi laetissimum decoris formæ visus est gratia; alio die miserandum apparet, ægritudinis alicujus infirmitate resolutus. S. Ambrosius hexam. l. 3. c. 7.

Uniusculque hominis vita quanta est? adde quantoslibet annos, due longissimam senectutem: quid est? nonne aura matutina? S. August. Conc. 1. de prima parte Pl. 36.

Vita nostra naviganti similis est. Is namque, qui navigat, stat, sedet, jacet, vadit: quia impulsu navis ducitur. Ita ergo & nos fumus: qui, five vigilantes, five dormientes: five tentes, five loquentes, five ambulantes: five volentes, five nolentes; per momenta temporum quotidie ad finem tendimus. S. Gregor. l. 6. ep. 26. Andreas Scholasticus.

Quid, quæro, prædixit vix incolatus, nisi spiritualis quædam domus; quo ad commemorandum delegati sumus à Domino? an non quotidie, & absque intervallo, domus ista consumitur, veterascit; casique propinquat? tot, ut ita dicam, subrahuntur lapides, quot prætereunt dies. S. Laur. Just. de contemptu Mundi c. 17.

Testimonia.

Ex Veteri.

Quot sunt dies annorum vita tua? Gen. 47. 8. De diebus, non annis, uterque loquitur: quia sicut dies faciliè finitur, sic & vita. Alvarez Illust. 287.

Dies mei velocius transierunt. Job. 7. 6. Non semper volant aves, non semper cervi currunt; at vita in perpetuo fluxu est. Idem ibidem.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos. Pl. 38. 6. Nostra vita velut quibudam pugillis, & palmis, mensuratur. S. Chrysost. hic.

Generatio præterit, & generatio advenit. Ecclesiastes. 1. 4. Sapienter Ecclesiastes à nativitate incipit, & morte temporariae hujus vitae nos admonuit. Propterea enim & Moyfes primum quidem suum volumen Genesis incipit; Exodi verò secundum nominavit: ut historia figuratè nobis hanc temporariam vitam describeret. Olympiodorus hic.